227
E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

~~11 K. I. 93~~
227 E 45.
N Kr. 1857

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Septem ſapientum celebria dicta e Grę cis Eraſmo Roterodamo in terprete.

¶ Mimi Publiani ab Eraſmo eodem caſtigati et eluci da ti.



KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶Dicta ſapientum e Grȩcis: vt habeban-
tur a neſcio quo grȩculo vtcunqꝫ collec
ta: Eraſmo interprete.

¶Periandri Corinthij.

Omnibus placeto. Bona res quies.

Periculoſa temeritas

Semper voluptates ſunt mortales: honores autē im-
mortales.

Amicis aduerſa fortuna vtentibus idem eſto

Lucrum turpe res peſſima.

Quicquid promiſeris facito.

Infortuniū tuū cȩlato: ne voluptate afficias inimicos.

Veritati adhȩreto. Age q̄ iuſta ſunt

Violētiā oderis Principib⁹ cede Voluptati tēpera

A iureiurādo abſtine. Pietatem ſectare

Laudato honeſta. A vitijs abſtine Bn̄ficiū repēde

Supplicibus miſericors eſto. Liberos inſtitue

Sapientum vtere conſuetudine. Litē oderis

Bonos in prȩcio habeto. Audi quȩ ad te pertinent

Probrum fugito. Reſponde in tempore.

Ea facito: quorum non poſſit pȩnitere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Ne cui inuideas. Oculis moderare.

Quod iuſtum eſt imitare.

Bene meritos honora. Spes foue Calumniam oderis. Affabilis eſto. Cũ erraris: muta cõſiliũ. Diutinã amicitiã cuſtodi. Oibꝰ teipm pbe. Cõcordiam ſectare. Magiſtratꝰ metue. Ne loquaris ad gratiã. Ne tẽpori credideris. Teipſum ne negligas. Seniorẽ reuerere. Mortẽ oppete pro patria. Ne quauis de re doleas. Ex ingenuis liberos crea. Sperato: tanq̃ mortalis: parcito tanq̃ immortalis. Ne efferaris gloria. Arcanum cela.

Cede magnis. Oportunitatem expectato.

Mortalia cogita. Largire cum utilitate.

Ne prior iniuriam facias. Dolorem fuge.

Mortuum ne rideto. Amicis utere.

Conſule inculpate. Delecta amicos.

¶ Eiuſdem Periandri ex Auſonio: carmine phalecio. Atqꝫ in his extrema ſententia ſemper eſt gemina et diſticho cõprehenditur.

Nunq̃ diſcrepat utile a decoro.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Id eſt nihil vtile: quod non honeſtum.

Plus eſt ſollicitus: magis beatus.
¶ Id eſt: quo quiſqȝ ditior: hoc magis ſollicitus viuit.

Mortem optare malum: timere peius.
¶ Miſer eſt q̄ tędio vitę mortē optat: ſed miſerior: qui ſemꝑ timet mortem.

Faxis vt libeat quod eſt neceſſe.
¶ Quod neceſſe eſt facere: fac vt libenter facias.

Multis terribilis: caueto multos.
¶ Quem multi timent: is multos timeat neceſſe eſt.

Si fortuna iuuat: caueto tolli.
¶ Ne extollaris fortunę proſperitate.

Si fortuna tonat: caueto mergi.
¶ In rebus aduerſis ne frangaris animo.

¶ Biantis e Gręca collectione.

In ſpeculo teipſum contēplare: et ſi formoſus apparebis: age quę deceāt formā. Sin deformis: qđ in facie minus eſt. id morū penſato pulchritudine.

De numine ne male loquare: quid ſit aūt auſculta.

Audito multa: loquere pauca. Prius intellige: et deinde ad opus accede. Ne ob diuitias laudaris virum indignū. Perſuaſione cape: nō vi. Compara in adoleſcentia quidē modeſtiā: in ſenectute vero ſapiētiā.

¶ Eiuſdem ex Auſonio carmine heroico.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Quę nā ſumma boni? mens quę ſibi cōſcia recti.
¶ Id eſt: quid optimum? Animus bene ſibi conſcius.

Pernicies hominiui quę maxima: ſolus hō alter.
¶ Id eſt: homini maxima pernicies eſt ab homine.

Quis diues? q̄ nil cupiat. quis pauper? auarus.
¶ Diues eſt: nō q̄ multa poſſidet: ſed qui ſua ſorte contētus eſt. Auarus omnis pauper eſt: qui quod habet non habet.

Quę dos matronis pulcherrima? vita pudica.
¶ Mulier etiam indotata: ſatis dotata eſt: ſi caſta eſt.

Quę caſta eſt? de qua mentiri fama veretur.
¶ Caſta non eſt: de qua fama turpiter loquitur.

Quod prudentis opus? cum poſſit nolle nocere.
¶ Proprium prudentis eſt: etiā cū poſſit: nolle tñ vlciſci.

Quid ſtulti proprium? nō ṗoſſe et velle nocere.
¶ Malus etiam cum non poſſit optat tamen ledere.

¶ Pittaci Mitylenei ex Gręco.

Quę facturus es: ea ne prędixeris. Fruſtratus enim ri deberis. Depoſitum redde.

A familiaribus in minutis rebus leſus feras.

Amico ne maledixeris. Inimicum ne putes amicum. Uxori dominare.

Quę feceris parentibus: eadē a liberis expecta.

Deſidioſus ne eſto. Inter amicos ne fueris iudex.

Ne contende cū parentibus. etiam ſi iuſta dixeris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Ne geras imperium: priuſq̄ȝ parere didiceris.

Infortunatū ne irriſeris. Ne lingua ꝑcurrat mentē.

Quae fieri non poſſunt: caue concupiſcas.

Ne feſtinaris loqui. Legibus pare.

Noſce teipſum. Ne quid nimis.

Ante oīa venerare numen. Parentes reuerere.

Audito libenter. Voluptatem coherce.

Inimicitiam ſolue.

Vxorem ducito ex aequalibus: ne ſi ex ditioribus duxeris: dominos tibi pares non affines.

¶ Eiuſdē ex Auſonio carmine Iābico trimetro.

Loqui ignorabit: qui tacere neſciet.
¶ Eiuſdem eſt artis recte tacere: et recte loqui.

Bono probari malo: q̄ȝ multis malis.
¶ Nō refert q̄ȝ multi laudēt te: ſȝ quales. Nā ab improbis laudari vituperari ē.

Demens ſuperbis inuidet felicibus.
¶ Stulticię eſt cruciari felicitate malorum: quaſi in vulgaribus bonis ſit ſita felicitas.

Demens dolorem ridet infelicium.
¶ Neque ſtultum eſt gaudere calamitate malorum: quaſi non et ante fuerint infelices.

Pareto legi: quiſquis legem ſanxeris.
¶ Quod alijs preſcripſeris: ipſe ſeruato.

Pluréis amicos re ſecunda compares.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Proſpera fortuna conciliat multos amicos.

Paucos amicos rebus aduerſis probes.
¶ Sed reflante fortuna pauci manent: ſed ſynceri.

¶ Cleobuli Lyndij.

Ne ſis vnq̄ elatus. Domus curam age.

Libros euolue. Liberos tibi chariſſimos erudi.

Juſte iudicato. Bonis benefacito.

A maledicentia tēperato. Suſpitionē abijcito.

Parētes patientia vince. Beneficij accepti memēto

Inferiorem ne reijcias. Aliena ne concupiſcas.

Ne teipſum pręcipites in diſcrimen.

Res amici diliges: vt perinde ſerues: vt tuas.

Quod oderis: alteri ne feceris.

Ne cui miniteris: eſt enim muliebre.

Citiꝰ ad infortunatos amicos: q̄ fortunatos ꝑficiſcere.

Lapis auri index: aurum hominum.

Voto nihil pręcioſius.

Mendax calumnia: vitam corrumpit.

Mendaces odit quiſquis prudens ac ſapiens.

¶ Eiuſdem ex Auſonio carmīe Aſclepiadeo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Quanto plus liceat: tam libeat minus.

Quo potẽtior es: hoc magis caue: ne quid pecces: ⁊ quo plus tibi permit-
tunt homines ob principatum: hoc ipſe minus permittas tibi.

Fortunę inuidia eſt: immeritus miſer.

Cum bonis male eſt: fortunę imputat̄: cũ ea ſępe magnatũ ſit culpa.

Felix criminibus nullus erit diu.

Fęlicitas malo parta non eſt diuturna.

Ignoſcas alijs multa: nihil tibi.

In alios leuis eſto: in teipſum ſeuerus.

Parcit quiſqȝ bonis prodere vult bonos.

Qui bonos viros tradit in manus bonoꝝ: is ſeruat non perdit: quos prodit
Quanq̄ ſuſpicor legẽdum. Parcit quiſqȝ bonis perdere vult malos: vt ſit ſen
ſus. Qui malos ac nocentes afficit ſupplicio: is miſeretur bonorum ⁊ innocen-
tium: quos ab horum violentia liberat.

Maiorum meritis gloria non datur.

Laus parentum non tribuitur poſteris.

Turpis ſepe datur fortuna minoribus.

At probra parentum ſepe obijciuntur liberis.

Chilonis Lacedemonij.

Noſce te ipſum.	Ne cui inuideas mortalia.
Temperanciam exerce.	Turpia fuge.
Tempori parce.	Iuſte rem para.
Multitudini place.	Sapientia vtere.
Moribus probatus eſto.	Ne quid ſuſpiceris
Oderis calumnias.	Ne fueris oneroſus.

Eiuſdem ex Auſonio carmine Choriãbicho

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

ex choriãbis tribus ⁊ amphibracho.

Nolo minor me timeat: deſpiciatq; maior

Sic eſt moderanda vitę ratio: vt nec inferioribꝰ ſis formidini: quod eſt tyrānicum: nec ſuperioribus contemptui: quod eſt abiectę fortunę.

Viue memor mortis: immemor vt ſis ſalutis.

Sic fuge turpia: quaſi hodie moriturꝰ: Sic cura honeſta ſtudia: q̄ſi ſemꝑ victurus. Q̄m hic verſus deprauatus eſt: ſuſpicor ita legendū: viue memor mortis: vt ſis memor et ſalutis.

Triſtia cuncta exuperans: aut animo aut amico.

In rebus aduerſis: aut amici cōſuetudine falle męrorem: aut aīo te ſuſtine.

Tu bene ſi quid facias: non meminiſſe fas eſt.

Benefacta tua pȩdicent alij.

Grata ſenectus homini: quę parilis iuuentę.

Florida ſenectus ſimillima eſt adoleſcentię.

Illa iuuentus grauior: quę ſimilis ſenectę.

Moroſa iuuentus ſimillima eſt ſenectuti.

Solonis Athenienſis ex greco.

Deum cole. Parētes reuerere. Amicis ſuccurre. Nemini inuideto. Veritatē ſuſtineto. Ne iurato. Legibus pareto Cogita qđ iuſtū eſt. Iracūdię moderare. Virtutē laudato. Malos odio ꝓſequitor.

Eiuſdem ex Auſonio carmine Trochaico.

Dico nunc vitam beatam: fata cum peracta ſunt.

Nemo beatus niſi qui feliciter obierit diem.

Par pari iugato coniunx: diſſidet: qđ impar eſt.

Firmiſſima eſt amicitia: quę inter pares coiſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Non erunt honores vſq̃ fortuitu muneris.
Honos verus virtutis eſt pręmium: non munus fortunę.

Clam coarguas ꝓpinquū: ſed palam laudaueris.
Amicum laudato palam: ſed errantem occulte corripe

Pulchrius multo parari: q̃ creari nobilem.
Clarior eſt nobilitas: quam ipſe tuis virtutibus tibi pararis: q̃ quę ex maiorum imaginibus contigit.

Certa ſi decreta ſors eſt: quid cauere proderit?
Si fatum vitari non poteſt: quid prodeſt pręſciſſe?

Siue ſunt incerta cuncta: quid timere conuenit?
Sin incertū: ſtultū eſt timere: qđ an euenturum ſit neſcias.

Thaletis Mileſij: ex Gręco

Principē honora Amicos probato Similis tui ſis

Nemini promittito. Quod adeſt: boni cōſulito.

A vitijs abſtineto. Gloriā ſectare. Vitę curā age.

Pacem dilige. laudatus eſto apud omnes.

Suſurronem ex aedibus eijce.

Ex Auſonio verſu pentametro.

Turpe quid auſurus te ſine teſte time.
Quod apud aliū puderet facere: ne ſolus quidem auſis facere: veluti te ipſo teſte.

Vita perit: mortis gloria non moritur.

Quod facturus eris: dicere ſuſtuleris.
Sile ſi quid eſt in animo facere: ne quis impediat.

Crux eſt ſi metuas: vincere quod nequeas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Auget ſibi moleſtiam: qui timet quod vitari non poteſt.

Cum vere obiurgas: ſic inimice iuuas.

¶ Preſtat vere carpi ab inimico: q̄ falſo laudari ab amico.

Nil nimium: ſatis eſt: ne ſit et hoc nimium.

¶ Ne quid nimis. Nam modus omnibus in rebus eſt optimus.

¶ Sequuntur Mimi Publiani: ab Eraſmo caſtigati et elucidati.

¶ Eraſmus Roterodamus lectori S.

¶ In hos deprauatiſſime ſcriptos repperi cōmentariolos: lōge prodigioſiores: q̄ in Catonē: qui neqꝫ celum neqꝫ terram attingerēt: ⁊ tamen accuratiſſime depictos: ceu rē ſacram. O ſeculum illud infelix. Sunt pleriqꝫ ſenarij iambici: ſi quod diuerſum genus inciderit: annotabimus. Ceterum qui ſcire volet a q̄ portentoſis mendis hos Mimos vindicauerimus: is conferat cum iis: q̄s ante noſtram editionem habebant vulgati codices. Vale lector ⁊ fruere.

Alienum eſt omne quicquid optando euenit.

¶ Senſus eſt: id quod noſtro ſtudio paratur vere noſtrū eſt: quod votis contingit alienum eſt: nempe quod fortuna poſſit eripere.

Ab alio expectes: alteri quod feceris.

¶ Qualis fueris in alios: tales alij futuri ſunt in te.

Animus vereri qui ſcit: ſcit tuto aggredi.

¶ Qui intelligit periculum: is nouit cauere periculum. Temeritas aūt periculoſe rem aggreditur: qꝛ neſcit timere.

Auxilia humilia firma conſenſus facit.

¶ Concordia fortia facit: etiam que ſunt imbecilla: cōtra diſcordia maximas opes debilitat.

Amor: animi arbitrio ſumitur: non ponitur.

¶ Nobis in manu eſt non incipere amare: vbi ceperis: iā illi ſeruus es: nec potes excutere cum velis.

Aut amat: aut odit mulier: nihil eſt tertium.

¶ Mulier nimis eſt vehemens in vtranqꝫ partem: aīal affectibus obnoxium. Quanq̄ huiuſcemodi viros etiam nō paucos reperias: nimis in vtranqꝫ partem vehementes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Ad triſtem partem ſtrennua ſuſpicio.
¶ Qui parū ſunt felices: magis laborāt ſuſpitiōe: vel ſic. Suſpicio plerūq; ỽ
git in partem deteriorē. Strennua hic citam ac propenſam ſignificat.

Ames parentem ſi aequus eſt: ſi alter feras.
¶ Bonum parentem ama: difficilem tolera: vel ob hoc: quia pater eſt. aequus
dixit: pro commodo et humano.

Aſpicere oportet: quod poſſis deperdere.
¶ Serua quod nolis perire. Oculis autem: hoc eſt pꝛęſentia domini optimus
rei cuſtos.

Amici vitia ſi feras: facis tua.
¶ Tibi imputabitur quicquid peccat amicus: cum non admoneas.

Aliena: homini ingenuo: acerba eſt ſeruitus.
¶ Durum eſt ſeruire ei: qui liber ſit natus.

Abſentem ledit: cum: qui ebrio litigat.
¶ Mens enim ebrij non adeſt: cum qua loquēdum eſt. Itaque perinde eſt: ac
ſi non adeſſet ipſe.

Amans iratus multa mentitur ſibi.
¶ Multa enim conſtituit in animo: quę non pręſtat poſtea. Ego ne illam: quę
me: quę illum?

Auarus ipſe miſerię cauſa eſt ſuę.
¶ Nam ſua ſponte et volens pauper eſt.

Amans quid cupiat ſcit: quid ſapiat non videt.
¶ Amans ſine iudicio cupit: nec expēdit: ſalubꝛe ſit: an pnicioſum: id qđ cupit

Amans quod ſuſpicatur vigilans: ſomniat.
¶ Qui amāt ipſi ſomnia fingūt: et inani ſpe ſibi blandiuntur.

Ad calamitatem quilibet rumoꝛ valet.
¶ Triſtia facile ſparguntur in vulgus: q̄ recta ſunt et honeſta vix creduntur.

Amoꝛ extoꝛqueri non poteſt: elabi poteſt.
¶ Amoꝛ non pōt ſubito viq; expelli: ſed paulatim pōt elabi.

Ab amante lachꝛymis redimas iracundiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Amans iratus lachrymis placatur.

Aperte cum eſt mala mulier: tum demum eſt bona.

¶ Fucatum ꝛ fraudulentum eſt animal mulier. eoqꝫ minime noxia: cū palam eſt mala. Judicat autem hic nullam eſſe bonam.

Auarum facile capias: vbi non ſis idem.

¶ Auarū non poteſt ferre auarus: vel facile falles auarum: niſi ſis idem: q̄s ille eſt: id eſt auarus et ipſe.

Amare et ſapere vix deo conceditur.

¶ Non eſt eiuſdem amare ꝛ ſanę mentis eſſe.

Auarus niſi cum moritur: nil recte facit.

¶ Etenim cum moritur: tum demum permittit alios ſuis opibus frui.

Aſtute dum celatur: ſe ętas indicat.

¶ Senectus celari non poteſt. Niſi forte ſic legendum eſt. Aſtu crimē celatur: aetas indicat. Tempus enim aperit omnia.

Auarus damno potius: q̄ꝫ ſapiens dolet.

¶ Sapiens non cruciatur damnis rerum: ſed is qui magnifacit pecuniam.

Auaro quid mali optes: ni: vt viuat diu.

¶ Propterea quod miſerrime viuat. Summū igitur malum optat qui optat diuturnam vitam.

Animo dolenti nihil oportet credere.

¶ Quam diu doles: ne quid tibi ipſi fidas. Nihil enim ſane ſuadet dolor. Expecta donec reſidat aegritudo: tum ſtatue: quid velis loqui aut facere.

Alienum nobis: noſtrum plus alijs placet.

¶ Sue quenqꝫ ſortis pęnitet. Aliena miratur: verbis dum taxat. Ceterum ſi ad rem ventum ſit: pauci velint cum alijs commutare.

Amare iuueni fructus eſt: crimen ſeni.

¶ Amor voluptas eſt in iuuene: ſcelus in ſene: non voluptas.

Anus cum ludit: morti delitias facit.

¶ Anum vicinam morti non decet luſus: videtur enim mortem delectare velle.

Amoris vulnus idem qui ſanat: facit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Deſyderij vulnus ſanat idem qui fecit: ſi ſuã copiã faciat. Alluſit autem ad Telephi fabulam.

Ad penitendum properat: cito qui iudicat.

¶ Ne ſtatim pronuncies. Nam pręcipitati iudicij ſepe pęnitet.

Amicos res opimę parãt: aduerſę probant.

¶ Et hoc carmẽ deprauatũ eſt: forte ſic legendũ. Amicũ res opimę parãt: triſtes probant Secunda fortuua conciliat amicos: aduerſa explorat ficti ſint an veri.

Aliator quãto in arte eſt melior: tanto eſt nequior.

¶ Hoc eſt carmen Trochaicum. In mala re quo magis excellis tanto ſceleratior es. Veluti miles quo melior eſt: hoc vir nequior.

Arcum intenſio frangit: animum remiſſio.

¶ Arcus frangitur: ſi nimium tendas. Animi vires augentur exercitatione: ocio franguntur.

Bis eſt gratum quod opus eſt: vltro ſi offeras.

¶ Beneficium precibus extortum magnam gratię partem perdidit. Quod vltro oblatum eſt: id bis gratum.

Beneficium dare qui neſcit: iniuſte petit.

¶ Non debet vti beneficijs aliorum: qui ipſe nemini benefacit.

Bonum eſt: fugienda aſpicere alieno in malo.

¶ Item Plautus: feliciter ſapit: qui alieno periculo ſapit. Quid tibi ſit fugiendum: id diſcas: non tuo malo: ſed ex aliorum malis exemplũ ſumito.

Beneficium accipere: libertatem vendere eſt.

¶ Felicius eſt dare ꝙ̃ accipere. Perdit enim libertatem: quiſquis vtitur alterius beneficio.

Bona nemini hora eſt: vt non alicui ſit mala.

¶ Nulla fortuna ſecunda eſt: quę non alicuius malo contingat.

Bis enim mori: eſt alterius arbitrio mori.

¶ Mortem naturalem aequiore animo ferunt homines. Ad auctam grauius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Beneficia plura recipit: qui ſcit reddere.

¶ In gratus nemo plura cōmittit. Quos experimur gratos: in hos maiora cōferimus.

Bis peccas: cū peccanti obſequium accōmodas.

¶ Nam ⁊ illum adiuuas: et te eiuſdem malefacti reum facis.

Bonus animus leſus: grauius multo iraſcitur.

¶ Lenis animus cum incandeſcit: vehementius commouetur.

Bona mors eſt homini: vite que extingnit mala.

¶ Miſeris mors eſt optāda quiſq;: vt que finē adferat malorum.

Beneficium dando accepit: qui digno dedit.

¶ Hunc verſum nominatim citat Aulus Gellius inter Mimos Publianos.

Blanditia: non imperio fit dulcis venus.

¶ Jucundum eſt: cum ex animo quis redamatur: nō cum extorquetur mulieris obſequium.

Bonus animꝰ nunq̄ errāti obſequiū accommodat.

¶ Qui probus eſt ipſe: nunq̄ alterꝭ peccanti aſſentitur.

Benefitium ſe dediſſe qui dicit: petit.

¶ Commemoratio beneficij dati: eſt repoſcentis gratiam.

Coniunctio animi maxima eſt cognatio.

¶ Arctius alligat mutua beneuolētia: q̄ affinitas ſanguinis. Forte verſus hic ita legendus eſt. Beneuolus animꝰ maxima eſt cognatio. Nam et hoc mō carmen conſtat: et in hac litera nempe B: reperiebatur.

Beneficium ſepe dare: docere eſt reddere.

¶ Qui ſepius bene meretur de aliquo: is prouocat ad gratitudinem quadam pertinacia benefaciendi.

Bonitatis verba imitari: maior malicia eſt.

¶ Qui malus eſt: et bene loquitur: is plus q̄ malus eſt.

Bona opinio homini: tutior pecunia eſt.

¶ Tutius eſt habere bonam famam: q̄ diuitias.

Bonū tametſi ſupprimitur: non extinguitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Veritas ꝛ iuſticia ꝑmi poteſt ad tempus: ſed emergit poſtea.

Bis vincit: qui ſe vincit in victoria.

¶ Qui moderate vtitur victoria: bis vincit primum hoſtem: deinde animum.

Benignus etiam dandi cauſam cogitat.

¶ Qui liberalis eſt: nō expectat vt roget. ſed vltro q̄rit occaſionē largiēdi.

Bis interemitur: qui ſuis armis perit.

¶ Magis dolet nobis calamitas: cuius ipſi miniſtrauimus occaſionem. Veluti ſi quis hominem euehat ad magiſtratum: a quo poſtea ſubuertatur.

Bene dormit: qui non ſentit: q̄ȝ male dormiat.

¶ Cum abeſt ſenſus mali: nihil eſt mali. Veluti ſi quis alto ſomno obrutꝰ: nō ſentiat incommoditatem ſtrati.

Bonorum crimen eſt officioſus miſer.

¶ Si calamitoſus eſt: qui recte viuit: hoc imputatur. virtuti: cui dicūt aduerſari fortunam.

Bona fama in tenebris propriū ſplendorē obtinet.

¶ Decus recte factorum non poteſt obſcurari. lucet enim in ipſo pectore.: ſi nō re pondet opinio populi.

Bene cogitata: ſi excidunt: non occidunt.

¶ Quod recte propoſueris: etiā ſi ad tempus excidit animo: tamen non omnino perit.

Bene perdit nummos: iudici cum dat nocens.

¶ Qui corrumpit iudicem pecunia: cum ſit nocens: perdit eam: ſed ſuo bono. Proinde bene perdit.

Bonis nocet quiſquis pepercerit malis.

¶ Fit iniuria bonis: cum impunitas datur malis. Pauciores enim boni futuri ſunt: ſi liceat impune malos eſſe.

Bono iuſticię: proxima eſt ſeueritas.

¶ Seueritas enim eſt iuſtitia rigidior: ꝛ exactior: vergens tamen ad inclementiam.

Bcnum apud virum cito moritur iracundia.

¶ Apud malos viros: ira tardiſſime ſeneſcit: apud bonos cito.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Bona turpitudo eſt: que periculum indicat.

¶ Aut ſic: que periculum vindicat. Satius eſt pudere: ꝙ pigere. Pudor vti-
lis eſt: per quem arcemur ab his: que periculoſe faceremus.

Bona comparat preſidia miſericordia.

¶ In alios miſericors meretur: vt in ſe fauentes ſint alij: ſi quid inciderit.

Bonarum rerum conſuetudo peſſima eſt.

¶ Vileſcit quod conſuetum eſſe ceperit. Bonis rebus nihil debet eſſe charius
Charum eſt aūt quod rarum eſt.

Beneficium dignis: vbi das: omnes obligas.

¶ Virtuti enim datur: non homini. Et tuo beneficio bonus in ceteros omnes
vtitur.

Crudelis in re aduerſa eſt obiurgatio.

¶ Conſolandus eſt amicus: non obiurgandus in rebus afflictis.

Cauendi nulla eſt dimittenda occaſio.

¶ Nunꝙ ſatis caueris. Aliqñ nocendi eſt omittenda occaſio: cauendi nunꝙ.

Cui ſemper dederis: vbi neges: rapere imperas.

¶ Qui aſſueuerit ſemper accipere: is putat iam ſibi deberi quod datur: adeo
vt ſi negaris: paratus ſit eripere vi. Hoc ad principes peculialiter attinet

Crudelem medicum intemperans eger facit.

¶ Egroti intemperantia facit: vt medicus cogatur ad duriora remedia deſcē-
dere. nempe ſectionem aut vſtionem: et ſimilia.

Cuius mortem amici expectant: vitam oderant.

¶ Eius vita ſit inuiſa oportet: cuius amici mortem optant.

Cum inimico nemo in gratiam cito redit.

¶ Non eſt ſtatim fidendum inimico. Facile diſſoluitur beneuolentia: at non fa-
cile ſarcitur. Et ira omnium tardiſſime ſeneſcit.

Citius venit periculum: cum contemnitur.

¶ Magis nocet periculum his qui negligunt: ꝙ qui cauent.

Caſta ad virum matrona parendo imperat.

¶ Pudica vxor hoc imperat obſequio ſuo: vt q̄cq̄d velit faciat maritus: ꝛ ma-
gis imperat: cum obſequitur: ꝙ cum exigit.

Cito ignominia: fit ſuperbi gloria.

¶ Arrogantiā ſp ſequit infamia. Et q̄ inſolēter vtit gloria: incidit in ignominiā

Conſilio melius vincas: q̄ȝ iracundia.

¶ Ira preceps eſt. Prudentia ſedata. Hac citius efficies quę voles: q̄ȝ violē tia et ferocitate.

Cuiuis dolori remedium eſt pacientia.

¶ Omnis dolor lenitur patientia. Alia alijs malis ſunt remedia. At patientia commune eſt malorum omnium lenimentum.

Cum vitia proſunt: peccat: qui recte facit.

¶ Cum expedit eſſe malos: tum nocet eſſe bonos. Et cum premium eſt malefactis: tum benefactis pęna eſt.

Contemni eſt leuius: q̄ȝ ſtulticia percuti.

¶ Satius eſt contemni ob virtutem: q̄ȝ ſtultū quid agere.

Comes facundus: in via pro vehiculo eſt.

¶ Et hic verſus citatur ab Aulo Gellio: Jucundus confabulator facit: vt non ſentias: vię tędium: perinde ac ſi vehiculo porteris.

Cito improborum lęta ad perniciem cadunt.

¶ Non eſt diuturna malorum felicitas.

Crimen relinquit vitę: qui mortem appetit.

¶ Videtur accuſare vitam: qui mortem appetit.

Cui plus licet q̄ȝ par eſt: plus vult q̄ȝ licet.

¶ Hunc verſiculum aſcripſi ex Gellio: cui plus permittitur: q̄ȝ equum eſt: is plus ſibi ſumit: q̄ȝ oportet. Hoc cōuenit in tyrannos: et vxores

Diſcipulus eſt prioris: poſterior dies.

¶ Cotidiana rerum experientia reddimur prudentiores.

Damnare eſt obiurgare: cum auxilio eſt opus

¶ Cū amic⁹ afflict⁹ eget auxilio: tū obiurgare: nō eſt officioſū: ſȝ dānare ē. Primū eximēd⁹ eſt calamitati: poſtea obiurgādus: qđ ſua culpa in eā inciderit.

Diu apparandum eſt bellum: vt vincas celerius.

¶ Qui in aggrediēdo nimiū pperāt: aliqñ tardius cōficiūt. Mora in apparādo: non diſpendiū eſt: ſed lucrū ad negocium cito conficiendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Dixeris maledicta cuncta: cũ ingratũ hominẽ dixeris

¶ Ingratitudo oĩa vicia in ſe cõplectitur. Nullũ igit̃ cõuicium dici poteſt contumelioſius. verſus eſt Trochaicus.

De inimico ne loquare malum: ſi cogites.

¶ Si cogitas nocere inimico: caue loquaris male: cauebit enim ille. Stultum eſt igitur maledicere. Nam ſi amic⁹ eſt iniquę facis. ſin inimicus: minus illi nocebis.

Deliberare vtilia: mora eſt tutiſſima.

¶ Tutiſſimum eſt eſſe lentas cõſultationes. Nam precipitata conſilia plerũqȝ ſunt inauſpicata.

Dolor decreſcit: vbi quo creſcat non habet.

¶ Cũ malũ venerit ad ſummũ: tũ neceſſe eſt: vt fiat remiſſius.

Dediſcere flere feminam: eſt mendacium.

¶ Id eſt: fęmina nunq̃ȝ hoc dediſcet.

Diſcordia fit charior concordia.

¶ Amantium irę amoris redintegratio eſt.

Deliberandum eſt diu: qđ ſtatuendũ eſt ſemel.

¶ De quo non potes niſi ſemel ſtatuere: veluti de matrimonio: de ſacerdotio: de hoc diu deliberandum eſt: priuſq̃ȝ aggrediaris.

Difficilem oportet aurem habere ad crimina.

¶ Ne facile credas accuſanti quempiam.

Dum vita grata eſt: mortis conditio optima eſt.

¶ Tum optimum eſt mori: cum adhuc dulce eſt viuere.

Damnũ appellandũ eſt: cũ mala fama lucrum.

¶ Lucrum cum iactura famę damnum eſt: non lucrum.

Ducis in conſilio: poſita eſt virtus militum.

¶ Fruſtra ſunt fortes milites: ni ducis prudencia regantur.

Dies quod donat timeas cito raptum venit.

¶ Quod ſubito contingit: ſubito ſolet auferre fortuna.

Dimiſſum quod neſcitur: non amittitur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Non eſt damnum quod non ſentis.

Etiam innocentes cogit mentire dolor.
¶ In tormētis ſepe mētiunt et innocētes: adacti cruciatu.

Etiam peccato recte preſtatur fides.
¶ Adeo ſeruāda eſt fides: vt etiam malis in rebus aliqñ preſtanda ſit.

Etiam celeritas in deſyderio mora eſt.
¶ Cupienti etiam feſtinatio videtur mora.

Ex vitio alterius ſapiens emendat ſuum.
¶ Ex alienis erratis ſapiens colligit: q̇d ſibi ſit cauendum.

Et deeſt et ſupereſt miſeris cogitatio.
¶ Deeſt: quia nō vident: quo pacto poſſint mederi malis. et ſupereſt: quia intelligunt: quid debuerint cauere: ſed ſero.

Etiam obliuiſci quod ſcis: interdum expedit.
¶ Quedā huiuſmōi ſunt: vt ſint dediſcenda. legi poterat: ⁊ qđ ſis vt ſit ſenſus Expedit aliq̄ties meminiſſe magis q̇d pñs tp̄s ⁊ res poſtulet q̄ tua dignitas.

Ex hominum queſtu: facta fortuna eſt dea.
¶ Studiū lucri facit: vt fortuna credatur eſſe dea: que faueat. Aut ex queſtu: id eſt querimonia. Nam illi imputant: ſi quid acciderit aduerſi.

Effugere cupiditatem: regnum eſt vincere.
¶ Vincere auariciam aut iram plus eſt q̄ regnum.

Exuli vbi nuſq̄ dom⁹ eſt: ſine ſepulchro eſt tāq̄ mortu⁹.
¶ Opinor ita legendum.

Cui nuſq̄ domus eſt: ſine ſepulchro eſt mortuus.
¶ Id eſt: Exul qui nuſq̄ habet domū perinde eſt: vt mortuus inſepultus: aut cui non eſt ſepulchrum.

Etiam qui faciunt: odio habent iniuriam.
¶ Nolunt ſibi fieri iniuriam nec ij: qui faciūt alijs.

Eripere telum non dare irato decet.
¶ Irato non eſt danda occaſio nocendi: ſed poti⁹ adimenda.

C i

Sed denegare patrię: exilium eſt pati.

¶ Sic enim verſiculum hunc mutauimus. Qui latet ⁊ nō verſatur in republica: is ſua ſponte exul eſt.

Etiam capillus vnus habet vmbram ſuam.

¶ Nihil eſt tam minutum: quod non poſſit aliquid.

Eheu ꝙ miſerum eſt: fieri metuēdo ſenem.

¶ Miſerrimū eſt cōſeneſcere metu mali: quod nondū aduenerit.

Etiam hoſti eſt equus: qui habet in cōſilio fidem.

¶ Qui ſequit̄ qđ dictat fides: nō qđ dolor: is etiā hoſtibus erit equus.

Excelſis multo facilius caſus nocet.

¶ Ex alto cadētib⁹ ꝑiculoſior eſt ruina. Ita ꝑiculoſi⁹ deiſcimur ex alta fortū

Fidem qui perdit: quo ſe ſeruat in reliquum?

¶ Qui perdit pecuniā habet in qđ ſe ſeruet: qui fidē: nihil habet cui ſe ſeruet.

Fortuna cum blanditur: captatum venit.

¶ Inſidiatur fortuna cum blanda eſt: ita tum maxime habēda eſt ſuſpecta: cū maxime proſpera eſt.

Fortunam citius reperias: ꝙ retineas.

¶ Difficillimum eſt retinere fortunam: ne mutetur. Et maior virtus eſt tueri parta: ꝙ parare.

Formoſa facies muta commendatio eſt.

¶ Fauetur enim formoſis: etiam ſi nihil dicant.

Fruſtra rogatur: qui miſereri non poteſt.

¶ Qui nō poteſt molleſcere ꝓcibus: quid opus eſt hunc rogare?

Fraus eſt accipere: quod non poſſis reddere.

¶ Dolus eſt accipere beneficiū a quoq̄: cui non poſſis tantundē reddere.

Fortuna nimium quem fouet: ſtultum facit.

¶ Magnę felicitatis comites ſunt ſtultitia et arrogantia.

Fatetur facinus is: qui iudiciū fugit.

¶ Qui detrectat iudiciū: indicat ſe ſibi male conſcium eſſe.

Felix improbitas: optimorum eſt calamitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Quoties fortūa fauet improbis: hoc fit calamitate et malo optimorum

Feras non culpes: quod mutari non poteſt.
¶ Hic verſus nominatim citaꝛ a Gellio. Quod mutari corrigiqꝫ non poteſt: id acite ferendum eſt: non vituperandum.

Futura pugnant: vt ſe ſuperari ſinant.
¶ Sic inſtaut futura mala: vt tamen vinci vitariqꝫ non poſſint prudentia.

Furor ſit leſa ſępius patientia.
¶ Et hoc carmen citaꝛ a Gellio. Lenes cum ſępius prouocāꝛ: tandē irritati grauius iraſcuntur: quia rarius et ſerius commouentur.

Ficta cito ad naturam reciderint ſuam.
¶ Siꝛata nō diu durāt. Et iuxta Flaccū. Naturā expellas furca: tū vſqꝫ recurret

Fidem qui perdit nil pote vltra perdere.
¶ Omnia perdidit: qui fidem perdidit.

Facilitas animi ad partem ſtulticię rapit.
¶ Facile adducitur ad vicia: qui facilis eſt animo: vt Mitio ille Terentianus qui ob facilitatem ſexagenarius nouus factus eſt maritus.

Fides vt anima: vnde abijt: nunꝗ̄ redit.
¶ Ut vita ſemel amiſſa nunꝗ̄ reuertitur: ſic nec fides. Iuxta illud. Qui ſemel ſcurra nunꝗ̄ bonus paterfamilias.

Fidem nemo vnꝗ̄ perdit: niſi qui non habet.
¶ Pecuniam non perdit: niſi qui habuit. At fidem is dicitꝛ perdidiſſe: qui non habuit: id eſt: qui perfidus fuit.

Fortuna obeſſe nulli contenta eſt ſemel.
¶ Nullum malum venit ſine incurſu alterius mali.

Fulmen eſt: vbi cū poteſtate habitat iracundia.
¶ Verſus eſt Trochaicus. Potēs enim iraſcitur: fulminat: nō iraſcitur.

Fruſtra: cū ad ſenectā ventū ē: repetes adoleſcētiā.
¶ Et hic Trochaicꝰ ē. Nō licet reiuueneſcere. puꝫ ſeni tractāda ſūt ſenilis.

Falſum maledictum maleuolum mendaciū eſt.
¶ Qui conuiciatur ⁊ mentitur: is malicioſe mentitur.

Feminę naturā regere: deſperare eſt omnium.
¶ Omnes deſperant ſe poſſe regere mulieris ingenium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Fer difficilia: vt facilia leuius feras.

Exerce te rebus difficilioribus: vt alia facilius feras.

Fortuna nulli pluſq̃ꝫ conſilium valet.

Conſilium plus efficit: q̃ felicitas.

Fortuna vitrea eſt: quę cũ ſplendet: frangitur.

Vitrum cum maxime lucet: tum facillime frangitur. ita ſplendidiſſima fortuna minime durabilis eſt.

Feras quod ledit: vt quod prodeſt perferas.

Vt potiare commodo: feras incommodum.

Facit gratum fortuna: quam nemo videt.

Fortuna facit inuidioſum: niſi lateat. Ergo diſſimulanda eſt.

Frugalitas miſeria eſt rumoris boni.

Hũc rurſum addidi ex Gellio. Eſſe frugalẽ: rumor q̇dẽ bonus eſt: ſed infelix: ⁊ paruũ vulgo laudat⁹: cui profuſio magis placet. Niſi mauis miſeriã accipere ꝓ penuria ſiue inopia. Nã tũ erit ſenſus. Qui laudat frugalis: is nõ laudat. Terti⁹ ſenſus argutiſſimus eſt. Frugalitas eſt parſimonię viciũ: ſed ſub honeſto laudatoqꝫ nomine.

Graue pręiudiciũ eſt: quod iudiciũ non habet.

Poſt pręiudicia ſequũtur iudicia: in quibus excutiuntur pręiudicia. At graue eſt illud p̄iudiciũ: qđ nõ ſequit̃ aliud iudiciũ: ſed ipſuꝫ iudicij loco eſt: veluti ſi princeps p̄ ſe ferat aĩm inimicũ in quẽpiã: null⁹ ẽ iudex q̃ ſec⁹ auſit iudicare.

Grauiſſima eſt probi hominis iracundia.

Vir bonus vt tardior eſt ad irã: ita graui⁹ iraſcitur: ſi victa ſit illius bonitas.

Grauis animi pęna eſt: quẽ poſt facti pęnitet.

Magnam pęnam dedit quem pęnitet facti.

Grauis animus dubiam non habet ſententiam.

Vir conſtans certa habet conſilia.

Graue eſt malũ omne quod ſub aſpectu latet.

Malum illud eſt inmedicabile: quod prętextu bonę rei perſonatum eſt. Nã hic aſpectum vocat perſonam.

Grauis nocet: quodcunqꝫ inexpertum accidit.

Noua mala grauius dolent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Grauior inimicus. qui latet ſub pectore.

¶ Affectꝰ vicioſus maxīe nocet hoī: at is latet ſub pectore: nec pōt excuti

Grauiſſimum eſt imperium conſuetudinis.

¶ Conſuetudo plane tyrãnidem quãdam obtinet in rebus humanis: adeo: vt ſtultiſſima quoqꝫ: ſi ſemel inoleuerint: reuelli non poſſint.

Graue crimen: etiam cum dictum eſt leuiter: nocet.

¶ Veluti ſi quis apud Anglos: vel ioco vocet aliquem proditorem non caret periculo: ob odium criminis.

Heu ꝙ̃ difficile eſt glorię cuſtodia.

¶ Fama honeſta facillime cõtaminat͛: ⁊ difficilius eſt eam tueri: ꝙ̃ parare.

Homo extra corpus eſt ſuum: cum iraſcitur.

Nõ eſt apd ſe qſqs iraſcit͛. Rñdet cũ illo ſupiori. Abſenti loqt͛: ꝗ cũ irato litigat.

Heu ꝙ̃ eſt timendus: qui mori tutum putat.

¶ Qui mortẽ contẽnit: is vehemẽter eſt timẽdus: propterea ꝙ alienę vitę dominus eſt: quiſquis ſuę contemptor eſt.

Homo: ꝗ in hoīe calamitoſo eſt miſericors: meminit ſui

¶ Intelligit enim ſibi poſſe accidere: vt ſit opꝰ auxilio. verſus eſt Trochaicus

Eſt honeſta turpitudo pro bona cauſa mori.

¶ Glorioſa eſt infamia: vitam impendere iuſticię. Et hic Trochaicus eſt.

Habet in aduerſis cõſilia: ꝗ in ſecũdis cõmodat.

¶ Et hic Trochaicus eſt. Qui cum feliciter agit: alijs ſubuenit: huic alij ſubueniunt in rebus aduerſis.

Heu ꝙ̃ miſerũ eſt ab illo ledi: de quo non poſſis queri.

¶ Et hic Trochaicus eſt. Durum eſt ledi vel ab amico: vel a potente: quod q̃ri de altero non eſt honeſtum: de altero non eſt tutum.

Hominem experiri multa: paupertas iubet.

¶ Paupertas ingenioſa eſt: ⁊ artium repertrix. Et ingeniũ mala ſępe mouent iuxta Naſonem.

Heu dolor ꝙ̃ miſer eſt: ꝗ in tormento vocem nõ habet.

¶ Et hic Trochaicus eſt. In tormentis verum exquiritur. At quidam ita torquentur: vt nõ audent verum dicere: ſcientes quid velit taceri: qui torquet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Heu q̄ pęnitēda incurrūt hoīes viuendo diu.
¶ In longa vita multa accidunt: quę nolis. Hic quoqȝ trochaicus eſt.

Habet ſuum venenum blanda oratio.
¶ Inſidioſa eſt blandiloquentia: et melle litum venenum.

Homo toties moritur: quoties amittit ſuos.
¶ Orbitas mors quędam eſt.

Homo ſemꝑ in ſeſe aliud fert: in alterū aliud cogitat.
¶ Hic eſt iambicꝰ tetrameter. Nemo non eſt diſſimulator.

Honeſtus rumor alterū eſt patrimonium.
¶ Tantundē fere valet honeſta fama: q̄tum patrimonium.

Homo neſcit ſi dolore fortunam inuenit.
Non ſentitur dolor: quo paratur aliquid commodi.

Honeſte ſeruit: qui ſuccumbit tempori.
¶ Honeſtum eſt ſeruire tempori: et cedere fortunę ad tempus.

Homo vitę commodatus: non donatus eſt.
¶ Vita datur ad tempus: vt qui dedit exigat ſuo iure: qñcunqȝ velit.

Hęredem ſcire: vtilius eſt: q̄ quęrere.
¶ Quidam codices habent ferre pro ſcire. Satius eſt ferre qualemcunqȝ hę
redem: q̄ multum habere. Si legas ſcire ſenſus eſt: pręſtat habere liberos: qui
bus tua relinquas: q̄ circūſpicere alienos: quibus tua relinquas.

Hęredis fletus: ſub perſona riſus eſt.
¶ Hic quoqȝ verſus citatur a Gellio. Fletus hęredis: eſt riſus perſonatus: id
eſt diſſimulatus. gaudet enim etiam ſi fleat.

Habent locum maledicti crebrę nuptię.
¶ Vulgus male ſentit de muliere ſępius nupta.

Inferior horret: quicquid peccat ſuperior.
¶ Quod principes peccant: id recidit in malum plebis.

Inimicum vlciſci: vitā accipere eſt alteram.
¶ Jucundiſſima res eſt vindicta: et velut altera vita. Primū vitam tuetur ſuā
deinde capit voluptatem ex vltione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Id agas: ne quis tuo te merito oderit.
¶ Odiū effugere nō poſſumus: ne quis nos merito oderit id cauere poſſum⁹

Inuitum cum retineas: exire incitas.
¶ Qui nō cupit manere: hūc quo magis retines: hoc magis cupit abire.

Ingenuitatem ledis: cum indignum rogas.
¶ Seruile eſt ſupplicē eſſe hoī indigno: leditur igitur ingenuitas.

In nullum auarus bonus eſt: in ſe peſſimus.
¶ Nulli bene facit auarus: ſe vero etiā diſcrutiat cuſtodia rerum ſuarum.

Inopi beneficium bis dat: qui dat celeriter.
¶ Bis gratū eſt beneficiū: quod ſtatim prompteq; datur egenti.

Inſtructa inopia eſt: in diuitijs cupiditas.
¶ Cupere cū abundes: inopia quędam eſt: non expedita: ſed inſtructa & onu-ſta: quaſi dicas: diues inopia.

Inuitat culpam qui peccatum preterit.
¶ Qui diſſimulat peccatum: is inuitat: vt iterū peccetur.

Iucundum nihil eſt: niſi quod reficit varietas.
¶ Nihil tam dulce: quod nō pariat ſacietatē: niſi varietate condiatur.

Ingenuitas non recipit contumeliam.
¶ Generoſi & ingenui animi eſt: negligere contumeliam. Aut ſic Generoſus animus impatiens eſt contumelię.

Impune peccat in eum: qui peccat rarior.
¶ Forte ſic legendū eſt. Impune peccat: cum quis peccat charior. Aut impu-ne peccat: cum quis peccat rarius.

Ingratus vnus miſeris omnibus nocet.
¶ Unius hominis ingratitudo facit: vt nec gratis ſuccurratur cū egent.

In miſeri vicia nulla contumelia eſt.
¶ Hoc carmē varie reppert deprauatū. Et haud ſcio: an recte diuinarim. Nō videt cōtumelia: quā facias in hominē malū & infelicē. Niſi ſic mauis: In vicia miſeri contumelia eſt dicere: id eſt cōtumelie genus eſt inſectari vicia hominis miſeri: qui magis eget conſolatione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Inopię parua deſunt: auaricię omnia.
¶ Videtur hic verſus deprauatus. Nã in cõtrouerſijs Seneca eſtat huiuſmodi Publij carmen: Luxurię deſunt multa: auaricię oĩa. quãq̃ hic quoq; verſus conſtabit: ſi legas deſunt parua: ſiue pauca: qđ ego mallem. Multa deſyderat paupꝫ ad vitę vſum: ſꝫ auarus magis eget: q̃ nec id habet quod habet.

Ita amicũ habeas: poſſe vt fieri inimicũ putes.
¶ Et hic citatur a Gellio. Sic ama: tanq̃ oſurus. Ita confidas amico: vt ſi fiat inimicus: non multum poſſit ledere.

Inuidiam ferre: aut fortis: aut felix poteſt.
¶ Fortunati negligunt inuidiam: vir fortis contemnit.

In amore mendax ſemper iracundia.
¶ Eadẽ eſt ſentẽtia: quã añ dixit. Amans iratus multa mentitur ſibi.

Inuidia tacite: ſed minute iraſcitur.
¶ Inuidus habet irã ſuam: ſed diſſimulatã et minutã: hoc eſt de re nihili.

Iratum breuiter vites: inimicum diu.
¶ Ira ſtatim ſubſidit: odiũ diuturnũ eſt. Odit aũt quiſq̃s eſt inimicus. Ab hoc igitur diu cauendũ eſt: imo ſꝑ. Hoc ipſum admonet ſapiens hebręus: ab hoſte reconſiliato cauendum.

Iniuriarum remedium eſt obliuio.
¶ Vindicta non medetur iniurijs tibi factis: ſed obliuio optime.

Iracundiam qui vincit: hoſtem ſuperat maximũ.
¶ Trochaicus eſt. Fortiſſimum eſt iram ſuã vincere: hoc Alexander ille Magnus orbis domitor non potuit.

In malis ſperare bonũ: niſi innocẽs nemo ſolet.
¶ Et hic Trochaicus. Bona conſcientia facit: vt in malis ſperemus ſuperos auxiliaturos.

In vindicando criminoſa eſt celeritas.
¶ Quidam habent in iudicando. Ne ſis pręceps: vel ad vltionem: vel ad iudicandum.

Inimicum quãuis humilẽ docti eſt metuere.
¶ Sapientis eſt non contemnere hoſtem quantumuis humilem: poteſt enim ꝑ occaſionem nocere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

In calamitoſo riſus etiam iniuria eſt.
¶ Miſeri riſu etiam offenduntur. Et quibus res ſunt minus ſecunde: ad ſuſpitionē mali rapiunt etiam caſu dicta.

Iudex damnatur: cum nocens abſoluitur.
¶ Cū abſoluit nocens: tunc iudex non innocēs ſit oportet.

Ignoſcere humanū: vbi pudet cui ignoſcitur.
¶ Non ignoſcendum eſt: niſi pęniteat facti

In rebus dubijs plurima eſt audacia.
¶ Forte legendum eſt plurimum: vel plurimi. Multum valet audacia cū res eſt dubia: hoc eſt periculoſa.

Illo nocens ſe damnat: quo peccat die.
¶ Quiſquis admittit ſcelus: ilico ſibi damnatus eſt: iudice conſcientia: etiam ſi iudex nemo pronunciet.

Ita crede amico: ne ſit inimico locus.
¶ Idem dixit antea: Ita amicum habeas.

Iratus etiam facinus conſilium putat.
¶ Qui iraſcitur: etiam ſcelus putat iudicio recteqȝ fieri.

Improbe Neptunū accuſat: qui iterū naufragiū facit.
¶ Hoc addidi ex Gellio. Qui ſemel expertus: iterū exponit ſe periculo: Impudenter accuſat fortunam. Eſt aūt ⁊ hic Trochaicus tetrameter.

Loco ignominię eſt apud indignum dignitas.
¶ Honor commiſſus indigno non honeſtat eum: ſed magis dedecorat.

Laus vbi noua oritur: etiam vetus amittitur.
¶ Si iterum recte facias: efficies: vt ſuperiori de te famę fidē habeāt homines

Leſo doloris remedium inimici dolor.
¶ Suum malum minus ſentit: qui poteſt vlciſci.

Leuis eſt fortuna: cito repoſcit quę dedit.
¶ Fortuna inconſtans: ſtatim repetit et aufert: ſi quid dedit.

Lex vniuerſi eſt: quę iubet naſci et mori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Neceſſitas naſcendi ac moriendi neminẽ nõ cõplectitur.

Lucrum ſine damno alterius fieri non poteſt.

¶ Unius lucrũ damnũ eſt alterius. At nõ itẽ in rebus animi.

Laſciuia et laus nunq̃ habent concordiam.

¶ Intemperantia ſemper obnoxia eſt infamię.

Legem nocens veretur: fortunam innocens.

¶ Innocens ⁊ ſi nõ vereatur leges: vt nocens: tamen timet fortunam: quę nõ nunq̃ opprimit innocentem.

Luxurię deſunt multa: auaricię omnia.

¶ Hũc ꝟſum Seneca citat in cõtrouerſijs. Multis eget profuſor: auar⁹ eget oib⁹. Illi multis eſt opus: q̇ multũ abſumit: huic nihil eſt ſatis: cũ ſit inſatiabil

Malignos fieri: maxime ingrati docent.

¶ Ingrati faciũt: vt q̇ benigni fuerint contracti⁹ donẽt. Hos enim malignos vocat: id eſt parcos.

Multis minatur: qui vni facit iniuriam.

¶ Omnes expectant iniuriam ab eo: qui vni fecerit.

Mora omnis odio eſt: ſed facit ſapientiam.

¶ Moleſta eſt mora in omni re: tamen ea nos reddit ſapientes: ne quid agemus temere aut inconſulto.

Mala cauſa eſt quę requirit miſericordiam.

¶ Innocẽtia nõ eget miſericordia: ſed aequũ deſyderat iudicẽ. At cũ fiducia rei tota eſt in miſericordia iudicis: peſſimam habet cauſam.

Mori eſt felicis anteq̃ mortem inuocet.

¶ Ille feliciter moritur: qui tum moritur: dum adhuc iucunda eſt vita: ac non dũ huius tędio mortem optat. Quidã pro felicis habent felicius.

Miſerum eſt tacere cogi: quod cupias loqui.

¶ Durum eſt cum non licet loqui quod velis. Nam illic multo minus licebit facere quę velis: ſi loqui non licet.

Miſerrima eſt fortuna quę inimico caret.

¶ Felicitas incitat inimicitias. Ergo cui null⁹ inuidet: is miſerrim⁹ ſit: oportet

Malus eſt vocandus: qui ſua cauſa eſt bonus.

¶ Qui bene facit commodi ſui cauſa: is male facit.

Malus vbi bonũ ſe ſimulat: tunc eſt peſſimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶ Diſſimulata malicia peſſima eſt.

Metus cum venit: rarum habet ſomnus locum.

¶ Timor abigit ſomnū. Aut non eſt dormitandū in periculo.

Mori neceſſe eſt: ſed non quoties volueris.

¶ Aliqn̄ optant mortem hoīes: cum mori non poſſint.

Male geritur: quicquid geritur fortunę fide.

¶ Quod a fortuna pendet: id parum eſt firmum.

Mortuo qui mittit munus: nil dat illi: adimit ſibi.

¶ Olim ſolent inferias exhibere mortuis. Hoc perit viuis: ⁊ nil accipit mortuus. Trochaicus eſt.

Minus eſt q̄ ſeruus: dominus: qui ſeruos timet.

¶ Infra ſeruos eſt: q̄ ſeruos ſuos timet: nēpe male ſibi cōſcius.

Magis heres fidus naſcitur: q̄ ſcribitur.

¶ Filius naſcitur heres: heredipeta ſcribitur.

Malo in conſilio fęminę vincunt viros.

¶ In rebus malis: plus ſapiunt fęminę q̄ viri.

Mala eſt voluptas alienis aſſueſcere.

¶ Dulcis cibus alienus: ſed fęda voluptas eſt aſſueſcere alienis.

Magno cū ꝑiculo cuſtoditur qđ multis placet.

¶ Trochaic⁹ eſt. Difficile eſt ſeruare: quod expetunt multi: veluti pecuniam: aut formoſam vxorem.

Mala eſt medicina: vbi aliquid naturę perit.

¶ Medicina que ledit naturam: dura eſt: velut quę membrum aufert.

Malę naturę nunq̄ doctrina indigent.

¶ Ad mala vel citra doctorem ſumus idonei: virtus diſcitur.

Miſeriam neſcire: eſt ſine periculo viuere.

Qui ſine ꝑiculo viuit: is felicit' viuit. Uita tuta q̄uis humilis: feliciſſima ē.

Male viuunt qui ſe ſemper victuros putant.

¶ Sp̄ enim prorogant in craſtinum: ſi quid eſt voluptatis aut bonę rei.

Maledictum interpretando: facies acrius.

¶ Quidā excuſant cōuiciū interpretatione: atq3 ita magis irritant.

Male ſecū agit aeger: medicum qui heredem facit.

¶ Inuitat enim vt occidat.

Minus decipitur: cui negatur celeriter.

¶ Minus enim diu ſperat: et fruſtratur leuius.

Maleuolus ſemper ſua natura veſcitur.

¶ Etiam ſi deeſt premium maleficij: tñ maleuolus fruit̄ ſue malicia: et vel gratis malus eſt.

Multos timere debet: quem multi timent.

¶ Quem multi timent: hunc pauci amant: is igitur viciſſim timeat oportet a quibus timetur.

Male imperando, ſummum imperium amittitur.

¶ Summum imperium eſt bene imperare: id amittit̄ male imperādo. ſiue nullum imperium tam potens: quod non amittatur: ſi tyrannice imperes.

Mulier que nubit multis: multis non placet.

¶ Male audiunt vulgo: que ſepius mutāt maritū. Aut infelices ſunt: aut incōtinentes: aut incōſtantes: aut moroſe.

Malum conſilium eſt: quod mutari non poteſt.

¶ Nunq̄ te inuoluas eiuſmodi nodo: vt explicare te non poſſis. Hunc verſum adiecimus ex Aulo Gellio.

Nihil agere ſemper infelici eſt optimum.

¶ Qui infortunatus eſt in rebus gerendis: huic optimū eſt in ocio viuere.

Nil peccent oculi: ſi animus oculis imperet.

¶ Oculos incuſamus: quaſi miniſtrent occaſionē maloꝝ cupiditatum. At animus in culpa eſt: qui oculis non imperet.

Nil proprium ducas: quod mutari poſſiet.

¶ Nihil exiſtimes vere tuū ac perpetuū: quod poſſit auferri.

Non cito ruina perit vir: qui ruinam timet.

¶ Fortaſſe ſic legendum vt ſit Trochaicus. Non cito perit ruina: qui ruinā ꝑtimet. Id eſt non facile opprimitur incōmodo: qui p̄cauet incōmodū: ⁊ nō facile opprimitur periculo: qui periculum obſeruat.

Neſcis quid optes: aut quid fugias: ita ludit dies.

¶ Iambicus eſt tetrameter. Ita ludit tēpus ⁊ fortunę viciſſitudo: vt ſepe que putaris optima: ſentias maxime nocere: et contra.

Mutat ſe bonitas: cum irritet iniuria.
¶ Boni ſint mali: ſi prouoces.

Mulier cum ſola cogitat: male cogitat.
¶ Mulier apud ſe cogitabūda: aliquid mali voluit in animo.

Malefacere qui vult: nuſq̄ȝ non cauſam inuenit.
¶ Malis nuſq̄ȝ deeſt occaſio malefaciendi.
¶ Hi. vi. precedētes verſus legēdi ſunt poſt vltimū verſuz h. pag. quartę. Mi nus enim diu. ⁊c̄.

Nuſq̄ȝ periculum ſine periculo vincitur.
¶ Et hic citat a Gellio. Audendū eſt aliquo pacto: ſi cupias effugere periculū Nam qui timet omnia: nunq̄ȝ ſeſe explicabit.

Nulla tā bona eſt fortuna: de qua nil poſſis queri.
¶ Trochaicus eſt. Felicitati ſemper aliq̄d adiunctū eſt incōmodi.

Nuſq̄ȝ meli⁹ morimur homines: q̄ȝ vbi libēter viximus.
¶ Ibi mori optimum: vbi iucūde viximus. Trochaicus eſt.

Negandi cauſa auaro nunq̄ȝ deficit.
¶ Qui non dat libenter: ſemꝑ aliquā inuenit cauſam: cur nō det.

Nimium altercando veritas amittitur.
¶ Moderata diſceptatione veritas excutitur: at immoderata perdit: id qđ pꝛ ſus accidit ſophiſticis q̄buſdā ac rixoſis diſputatorib⁹. Hic ꝟſus a Gell. citat.

Quotidie damnatur: qui ſemper timet.
¶ Qui ſibi cōſcius ſemper timet ſuppliciū: is cotidie damnatur.

Quotidie eſt deterior poſterior dies.
¶ Semper aetas vergit in peius: hoc eſt mores hominū indies magis ac ma gis degenerant.

Ridiculū eſt odio nocentis perdere innocentiam.
¶ Trochaic⁹ eſt. Stultū eſt ſic odiſſe peccatū: vt ipſe pecces: veluti ſi quis im pudicā vxorē: veneno tollat adulterā: ⁊ ſic puniat adulteriū: vt ipſe fiat veneſic⁹

Pars beneficij eſt: quod petitur: ſi bene neges.

¶ Quidam ita moleſte dant: vt gratiam amittant beneficij. Quidam adeo cō mode negant: vt videantur dediſſe.

Stultum eſt timere: quod vitari non poteſt.

¶ Velut mortem: aut aliud fatale incommodum.

Timidus vocat ſe cautum: parcum ſordidus.

¶ Suis quiſqȝ vicijs blandit: eaqȝ extenuat mutatis noībus.

Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam.

¶ Et hic refert a Gellio. Si ſinas impunitū pctū: facis vt iterū libeat peccare

Tam deeſt auaro quod habet: q̄ȝ quod non habet.

¶ Hūc ſenarium citat Seneca in controuerſijs. Auarus non magis vtitur ſuis q̄ȝ alienis: vtriſqȝ igitur ex aequo caret.

O vita miſero longa: felici breuis.

¶ Et hūc refert Seneca. Infelices laborāt vitę tędio. Felicibus mors ante diem videt accidere: q̄ vitę tędiū non ſentiant.

¶ Finis Eraſmo Roterodamo caſtigatore ꝛ interprete.

¶ Eraſmus Roterodamus lectori S.D.

¶ Fac memineris lector: quę hactenus legiſti: Ethnicoꝝ eſſe decreta: vt ſcias cum iudicio eſſe legēda. Quę nunc leges ipſius Chriſti: et ſanctę eccleſię ſunt oracula: quę tuto ſequi poſſis: imo quę ſola beatū poſſint efficere. Proinde ſic lege: vt rem ſeriam: ac Vale.

¶ Chriſtiani nominis inſtitutum per Eraſmum Roterodamum.

Ad Gala. v. Valet in Chriſto fides: q̄ per dilectionē opat̄.

¶ Fides.

Credo Primus articulus.

Confiteor primum ore pio: venerorqȝ fideli.

Mente deum patrem: vel nutu cuncta potentē.

Hunc: qui ſtelligeri ſpacioſa volumina cęli.

Et ſolidum omnipare telluris condidit orbem.

¶ Et in Jeſum. ij.

Eius item gnatum Ieſum: cognomine Chriſtū:
Quē dominū nobis agnoſcimus ⁊ veneramur.

¶ Qui conceptus. iij.

Hunc Maria afflatu diuini numinis: aluo
Concepit virgo: peperit puriſſima virgo.

¶ Paſſus ſub Pontio. iiij.

Et graue ſuppliciū immeritus damnāte Pilato:
Pertulit: infami ſuffixus in arbore mortem
Oppetijt: tumulatus hō eſt: clauſuſq; ſepulchro.
Interea penetrat populator ad infera regna.

¶ Tertia die v.

Mox vbi tertia lux męſto ſe prompſerat orbi.
Emerſit tumulo: ſuperas rediuiuus in auras.

¶ Aſcendit. vi.

Inde palam aethereā ſcandit ſublimis in arcem.
Illic: iam dexter patri aſſidet omnipotenti.

¶ Iterum venturus. vij.

Idem olim rediturus: vt omnem iudicet orbem.
Et viuos pariter: vitaq; et lumine caſſos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

❡Credo in ſpiritum. viij.

Te quoq; credo fide ſimili ſpirabile numen
Halitus: afflatuſq; dei ſacer: omnia luſtrans.

❡Sanctam eccleſiam ix.

Et te confiteor ſanctiſſima concio: qua gens
Chriſtigena arcano nexu coit omnis in vnum
Corpus: & vnanimis capiti ſociatur Jeſu.
Hinc proprium neſcit: ſed habet cōia cuncta.

❡Remiſſionem peccatorū x.

Hoc equidem in cętu ſancto peccata remitti
Credo: vel iis ſacro fuerint qui fonte renati:
Vel qui diluerit vltro ſua crimina fletu.

❡Carnis reſurrectionem. xi.

Nec dubito: quin exanimata cadauera rurſum
In vitam redeant: animas ſortita priores.

❡Vitam aeternā xij.

Vtraq; pars noſtri: corpuſq; animuſq; deinceps
Juncta ſimul: vitam ducent ſine fine perennem.

❡Septem ſacramenta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Hoc quoqꝫ perſuaſum eſt: eccleſia myſtica ſeptem
Munera diſpenſat: quę ſacramenta vocantur.
Hinc varię dotes: ⁊ gratia plurima menti
Cęlitus inſeritur: ſi quis modo ſumpſerit apte.

❡ Ordo Primus.

Ordine nanqꝫ ſacro: confertur ſacra poteſtas:
Vt fungare miniſterijs: Chriſto auſpice: ſanctis.

❡ Matrimonium.ij.

Munere coniugij nati hunc prodimus in orbē:
Vſqꝫ adeo pulchri: pulcherrima portio: mundi.

❡ Baptiſmus.iij.

Munere baptiſmi longe felicius ijdem:
Quā prius: in te Chriſte renaſcimur: atqꝫ nouamur

❡ Confirmatio.iiij.

Deinde in amore dei: nos confirmatio ſacra.
Conſtabilit: mentemqꝫ inuicto robore durat.

❡ Euchariſtia.v.

Myſticus ille cibus (Gręci dixere ſynaxim)
Qui panis viniqꝫ palam ſub imagine: Chriſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Ipſum preſentem vere exhibet: intima noſtri
Viſcera: celeſti ſaginat: et educat eſca:
Inqz deo reddit vegetos: et reddit adultos.

¶ Penitentia. vi.

Si quem forte deo capitalis reddidit hoſtem
Noxia: continuo metanea medebitur illi.
Reſtituet lapſum: reſciſſaqz federa rurſum
Sarciet offenſi placabit numinis iram:
Commiſſi modo peniteat: pigeatqz nocentem:
Iſqz volens peragrat preſcripta piamina culpe.

¶ Vnctio. vij.

Vnguinis extremi munus nos munit: et armat.
Migrantemqz animā per ſumma pericula: tuto
Tranſmittit patrie: ꝛ ſuperis cōmendat cuntē

¶ Amor dei.

Hec eſt indubitata fides: cui pectore certo
Nixus amabo patrem ſuper omnia cunctipotētem:
Qui me condideritqz: ꝛ in hūc produxerit orbē
Rurſus amore pari dominū complectar Jeſum:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Qui nos aſſeruit: precioq; redemit amico.
Spiritum itē ſanctum: qui me ſine fine benigno
Afflatu fouet: atq; animi penetralia ditans:
Dotibus arcanis: vitali recreat aura.
Atq; hic ternio ſanctus: ⁊ omni laude ferendus
Toto ex corde mihi: tota de mente: ſupremis
Viribus: obſequio: meritoq; coletur honore.
Hūc vnū reuerebor: ⁊ hoc ſemel omnis in vno:
Spes mea figetur: hoc omnia metiar vno:
Hic propter ſeſe mihi ſemper amabitur vnus.

¶ Amor ſui.

Poſt hunc haud alia ratione: ac nomine charus
Ipſe mihi fuero: niſi quatenus omnis in illum
Ille mei referatur amor: fontemq; reuiſat.

¶ Fuga peccati.

Culpā pręterea fugiam pro viribus omnem.
Pręcipue capitale tamen vitauero crimen:
Quod necat atq; animā letali vulnerat ictu.

¶ Superbia ¶ Inuidia. ¶ Ira.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Ne faſtu tumeam: ne vel liuore maligno
Torquear: aut bili rapiar feruente cauebo.

Gula. Luxuria. Pigritia.

Ne vel ſpurca libido: vel inſatiabilis aluus.
Imperet enitar: ne turpis inertia vincat

Auaricia.

Ne nunq̃ ſaturanda fames me vexet habendi:
Plus ſatis vt cupiam fallacis munera mundi.

Fuga malorum hominum.

Improba peſtiferi fugiam commertia cętus
Omnia: ſummo animi conatu: proqȝ virili.

Studium pietatis.

Atqȝ huc incumbam neruis ac pectore toto:
Vt magis atqȝ magis ſuperet mea gratia: virtus:
Augeſcatqȝ pię diuina ſcientia menti.

Deprecatio.

Orabo: ſuperoſqȝ precum libamine puro.
Placare adnitar: cum tempore ſedulus omni
Tum vero eximie: quoties lux feſta recurret.

¶Frugalitas victus.

Frugales epulę ſemper: menſęq; placebit.
Sobria mundities: et auari neſcia luxus.

¶Ieiunium:

Seruabo reuerens: quoties ieiunia nobis
Indicit certis eccleſia ſancta diebus.

¶Mentis cuſtodia.

Sancta uti ſint mihi ſecretę penetralia mentis:
Ne quid eo ſubeat fędumue nocenſue: ſtudebo.

¶Linguę cuſtodia.

Ne temere iuret: ne vnq̃ mendacia promat:
Turpia ne dictu dicat mea lingua: cauebo.

¶Manus cuſtodia.

A furto cohibebo manus: nec ad vlla minuta
Viſcatos mittam digitos: et ſi quid ademptū
Cuiq̃ erit: id domino properabo reddere iuſto.

¶Reſtitutio rei forte repertę.

Id quoq; reſtituam: ſi quid mihi forte repertum eſt.
Ne penes haud patiar prudens aliena morari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

¶Amor proximi.

Nec ſecus atq; mihi ſum charus: amabitur omnis
Proximus. eſt autem ni fallor proximus ille
Quiſquis homo eſt: ac ſi amor referatur amici
In Chriſtum: vitamq; piam: veramq; ſalutem.
Huic igitur fuerit quoties opus: atq; neceſſe:
Sedulus officio corpuſq; animūq; iuuabo:
Vt mihi ſuccurri cupiam: ſi forſan egerem.
Id tamen in primis pręſtabo vtriq; parenti:
Per quos corporeo hoc naſci mihi contigit orbe:
Tum pręceptori: qui me erudit: inſtituitq;
Morigerus fuero: ac merito reuerebor honore:
At rurſus dulciq; ſcholę: ſtudijq; ſodales:
Semper (vti par eſt) ſyncero amplectar amore.

¶Aſſidua confeſſio

Siquando crimen fuero prolapſus in vllum:
Protinus enitar: pura vt confeſſio lapſum
Erigat: ac iuſta tergatur noxia pęne.

¶Sumptio corporis Chriſti in vita.

Aſt ubi ſacrati me ad corporis atq; cruoris
Cęleſtes epulas pietaſq; dieſq; vocabit:
Illotis manibus metuens accedere: pectus
Ante meũ: quanta cura: ſtudioq; licebit:
Purgabo maculis: virtutũ ornabo nitelis.

¶ Morbus.

Porro ubi fatalis iam terminus ingruet aeui:
Extremumq; diẽ cum morbus adeſſe monebit:
Mature ſacramentis me armare ſtudebo:
Atq; his muneribꝰ: quę eccleſia ſancta miniſtrat.
Chriſtigenis: reteget confeſſio crimina vitę
Sacrifico: ſumã Chriſti venerabile corpus.

¶ Mors.

Quod ſi vicinę propius diſcrimina mortis
Urgebunt: ſupplex accerſam qui mihi rite
Oblinat ac ſignet ſacro ceromate corpus.
Atq; his pręſidijs armatus: ſic uti dignum eſt
Chriſticola: forti ac fidenti pectore: vita
Decedam: bonitate dei ſuper omnia fretus.

Hoc fac et viues.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Undi pocatesit

... umbra ... pat ...
effugere ... possessio dimitand ... melior
quibus ... qui sal ...

fabrica ... grandis structura generosa

floria mesaria ... gehard epulans

insignesest ... mappe ... decori

... vestis qui ... obstat homisse ... mex ...

... armatura ... patiosa ... aspera
... laudtar ... magut

... vita ...

... rongia nostra ... gestis regia

Melior

... post ... in ...

... et parentes filius et ... cum ... fecit

... ghia ...

... fuit ... verbum ...

... est vox sabbati ... filius dei

... est ... filius dei veni

... verus propheta ... qui venturus est in mundo

... nec ... mundo

... sermo ...

... bibo.

... Plura ...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 45